UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

23. Novembris. 9. Cal. Decemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

Visual Library

S. BERNARDUS, ſer. de S. Bened.

Res ſpiritu-ales ci-bus sũt animæ.

Cibat nos pane vitæ & intellectûs, & potat aqua ſapientiæ ſalutaris. Eſt enim intellectus rerum ſpiritualium & inviſibilium verus animæ panis, confirmans cor noſtrum & ad omne opus bonum corroborans in omni exercitatione ſpirituali.

23. *Novembris. 9. Cal. Decemb.*

Obijt anno 1223.

Scriptis clarus.

& revelationibus.

B. GUILIELME, Epiſcope Altiſſiodorenſis primùm, dein Pariſienſis, utrobique magnus virtute & eruditione; quam præter alia opera prodit Theologiæ Summa à te doctiſſimè juxtà ac ſubtiliſſimè conſcripta: ſed tum denique eras maximus, quando ſpretis honorum ornamentis ultimos vitæ annos Monachus Pontigniacenſis tranſegiſti. Ibi animo ſemper inter cœleſtia commorante plurima cognoviſti arcana: præſertim eorum pœnas vel præmia in orbe altero, quos monitis tuis habebas vel contemptores vel obſequentes. *Admittam & ego hanc conſiderationem frequentiùs de futura alterius vitæ mercede. Seriò ibi agitur, ubi in utramque partem pondus addit im-*

dit im-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dit immenſa illa & infinita æternitas.

B. ADAM, Abbas Ebracenſis, conſortio dulciſſimo BERNARDI felix jam in tyrocinio Ciſtercienſi. Aliquamdiu inde moratus es Fuſniaci, morum modeſtia & monaſtica obſervantia omnibus venerabilis. Stabilem porrò ſedem in Morimundo fixiſti. At cùm Arnoldus Abbas ſanctimoniam tuam ſat altis radicibus animo inhærentem cerneret, adeóque parem ſingulari certamini, ſolitudinem ſuaſit: è quâ tamen te Mellifluus Parens per literas revocavit, non ignarus, utiliori te labori à DEO deſtinatum. Statim enim te ad clavum vocavit Monaſterium Ebracenſe, ſummo tam ſpiritualis quam temporalis regiminis emolumento. Venerata quoque fuit S. Hildegardis virtutum tuarum inſignia, à qua pluribus epiſtolis es honoratus. *Laudo & ego venerórque promptam tuam ubique obedientiam: quam utinam & ego ſimplici corde imitarer, cùm hæc ſit & facillima & ſecuriſſima ad cœlum via.* *Floruit anno 1140.* *Ejus prompta obedientia* *ſolitudo* *promotio.*

S. BERNARDUS, ſer. 2. de Aſc. D. Perſeverate, dilectiſſimi, in diſciplina, quam ſuſcepiſtis, ut per humilitatem aſcendatis: quia hæc eſt via, non eſt a- Humilitas unica ad cœlum via.

lia præ-

lia prater ipſam. Qui aliter vadit, cadit potiùs quàm aſcendit; quia ſola eſt humilitas, quæ exaltat, ſola, quæ ducit ad vitam.

24. *Novembris.* 8. *Cal. Decemb.*

Floruit anno 1500. B. ANTONIA, Monaſterii S. Benedicti de Caſtris DEO ſacrata Virgo: quæ ſtemmatis nobilitatem ſanctimoniæ ſublimitate longè ſuperâſti. *Amori Dei jungit amorē Mariæ.* Ardebat animus tuus continua flamma divini amoris: cui rectè adjunxiſti amorem in divinam Puerperam: qui quàm in te fervens, ipſi verò gratus fuerit, experta es hoc exilium relictura: in fatali enim hora illam vidiſti Judici Filio pro te ſupplicem, manúmque porrigentem, quâ in ſponſi divini thalamum te lætabundam induxit. *Non ſinè dolore ſentio, me viſco quodam proprij amoris implicitum: tu hoc venenum à me expelle, & cor meum gemino illo ſanctiſſimo amore occupa.*

Floruit anno 1224. B. NICOLAE Monache in Brabantia: qui tam benigno commiſerationis affectu in egenos ferebaris, ut omnem laborem, quantum permittebat obedientia, iis ſublevandis impenderes. Quem amorem ut in te auge-

ret, ac